

rius diu repuisti & posledisti , ac tenes de præsen-  
ti ac possides contra formam Constitutionis præfatæ  
fel. rec. Eugenii dignitatem & Officium Primicer-  
riatus in dicta Pa.<sup>li</sup> Eccl:<sup>a</sup> nec non in Parochiali S.  
Felicitis presbyterale beneficium nuncupatum , utrum-  
que personalem residentiam exigens ; quo casu ex  
dispositione dictæ Eugenianæ , absque aliqua alia vo-  
catione & privatione , ipso facto tam Primiceriatus  
dignitas , quam beneficium presbyterale prædictum  
S. Felicitis de Venetiis vacare censemur , & ad eo-  
rum collationem & provisionem posse & debere pro-  
cedi , prout in Eugeniana prædicta . Quocirca vo-  
lentes nos ex pastorali Officio nobis injuncto , pro  
observantia dictæ Eugenianæ , & exoneratione con-  
scientiæ nostræ ; & ne tu Primicerie in peccato vel  
quod nescis , vel quod nescire dissimulas , diutius  
immoreris , & absque canonica provisione Primice-  
riatui & presbyterali Titulo prædictis incumbas con-  
tra Deum , salubriter providere duximus , & con-  
tra te maturius procedere . Idcirco committimus &  
mandamus per unum ex Nuntiis Curia nostræ Te  
citari , requiri & moneri , quod tertia die juridica  
proxime futura post præsentationem præsentium tibi  
fiendam , quem terminum tibi assignamus pro pri-  
mo , secundo & tertio & peremptorio , prout cita-  
mus , requirimus & monemus , quatenus coram  
nobis comparere debeas legitima hora causarum con-  
sueta , ad dicendum & allegandum quicquid dicere  
vel allegare volueris , quare contra te procedi non  
debeat tamquam privatum dignitate & Officio Pri-  
miceriatus , ac beneficio presbyterali prædicto de-  
tinendo ultra mensem , prout detinuisti & detines  
Primiceriatum & beneficium presbyteratus prædi-  
ctum